



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Somnus quinque habet in se reprehensibilia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

INSTITVTO. 201

perbos. Isa. Dies domini super om- Isa. 21.
nem superbūm , & arrogāntēm , &c.
Psal. Retribuet abundanter facientes Psal. 32.
superbiām .

*Somnus quinque habet in se
reprehensibilia.*

Primum est, nimetas somni. Vnde in Proverbiis arguitur somnolentus his uerbis . Usquequo dormis piger , &c. Secundum est brutalitas, sīlicet, quando aliquis dormit ut porcus. Bernardus. Cauē seruē Dei in quantum potes , ne sit somnus tuus non requies lassī , sed sepultura corporis suffocati. Idem. Carnalis somnus & brutalis , & sicut dicitur Iēsus , abhominandus est seruo Dei. Tertium est tristitia in surgendo. Horasurgendi non te tristes , &c. Quartum est pigritia . Prou. Sicut uertitur ostium in cardine suo, sic piger in lectulo suo. Quintum est impor unitas somni, sīlicet, quando aliquis dormit, quando non eset dormiendum, sicut tempore orationis. Contra id dicebat Petrus . Sobrij estote , & uigilate in orationibus ; uel in sermone , uel in aliquo opere. Et nota quod̄ duo sunt necessaria homini , ut debito modo

Prou. 6

Bernar.

Idem.

Eccl. 32

Prou. 26

103 CHRISTIANA

dormiat . Primum ut uigilando labo-
Eccle. 5 ret . Ecclesiasticus . Dulcis est somnus
operanti . Secundum est ut sobrio ci-
Bernar. bo & potu utatur . Bernardus . Sobriu-
cibus , sobrium sensum , sobrius se-
quitur somnus .

*Seruire Deo debemus propter
quinque .*

Primo , quia ad hoc de nihilo nos
Eccl. 12 fecit . unde Ecclesiast . Time deum
& mandata eius obserua . hoc est
Iob. 5 omnis homo . idest ad hoc factus est
omnis homo . Iob . Homo natus est
ad laborem , &c . Et hæc est sententia
Ambr . Chrisostomi , quod homo ad hoc
Mat. 11 creatus est , ut deo seruiat , & deo
placeat . Secundo quia seruire deo ,
J. Io. 5 magna dignitas & nobilitas est . Et est
sententia D. Ambrosij . Tertio , quis
seruitum eius leuissimum est . Matt.
Tollite iugum meum super uos , &c .
Iugum enim meum suave est , & onus
meum leue . Et Ioannes afferit man-
data dei non esse grauia . Quarto ,
Io. 17 quia seruire deo magna utilitas est ,
quia qui seruiunt ei in præsenti erunt
cum eo in futuro in regno suo . Io. 17 .
Volo pater ut ubi ego sum , illio sit &
minister meus , &c . Et tunc transiens